

*Bull. des antiquaires de France 1898 p. 268; tertius videtur esse VIII S. 15529 (cf. Villefosse mém. des antiquaires 1897 p. 25). Magistratum Carthaginiensem temporum Augusti habuimus supra N. 1945.*

**6515** C. Iulio Maximo equo publico | exornato, aedilicio, quaestorio  
splendidissimae col. Iul. | Aureliae Antonianae<sup>1</sup> Kartha|ginis, curatori rei  
publicae | splendidis[*simi m*]unicipii Ab|thungitanorum, ob insignem | eius  
erga rempublicam et or|dinem et universos cives ad|fectionem et simpli-  
citatem | ordo sua pecunia posuit.

*Henschir es-Suar, ubi videtur fuisse Abthungi (Bull. du comité 1893 p. 226).  
1) Scr. Antoniniana. Cf. VIII 1220.*

**6816** Hymet[*ii*]<sup>1</sup>. | C. Iulio Regino decurioni | Karthag., aed., *Īvir.*  
quin|quennalicio gentis<sup>2</sup> Severi]. . . . . | . . . . . [cur]ator. | splendi-  
dissimae rei publicae | Thimidensium Regiorum, ord. | decurionum ex  
sportulis suis | ob merita d. d.

*Sidi Ali-el-Sedfini prope Uthinam rep., est Florentiae (VIII 885 cf. 12586  
viderunt Marini et Henzen). — 1) Idem signum supra N. 1256. — 2) Cf. N. 4440, cet.*

**6817** Ponti. | C. Helvio C. f. Arn. Honora|to aedil., *Īvir.*, *Īvir.* *q̄q̄.*  
*Ī[I]* | et curat. aliment. distrib., | ob insignes liberalita|tes in rem pub.  
et cives | amorem, viro bono, | col. Iul. Curubis<sup>1</sup>, d. d. p. p.

*Prope Curubim (Kurba) (VIII 980 vidit Wilmanns). — 1) Colonia Iulia di-  
citur Curubis etiam VIII S. 12452.*

*Alias inscriptiones Curubitanas dedi supra N. 5519. 5520.*

**6818** P. Licinio M. f. Quir. | Papiriano procur. | Augg. imp. Caes.  
M. Aureli | Antonini Aug. Germanic. | Sarmatici maximi p. p. et | [*dī*]vi  
Veri a rationibus, cui | splendidissimus ordo Siccen|sium ob merita eius  
et cu. . . (*reliqua evanida*). (*In latere sinistro*): municipibus meis Cirthensibus<sup>1</sup> |  
Siccensibus carissimis mihi dare | volo HS [XIII].<sup>2</sup> Vestrae fidei com-  
mitto, | municipes carissimi, ut ex usuris | eius summae quincuncibus<sup>2a</sup>  
quodan|nis alantur pueri CCC et puellae CC<sup>3</sup>, pueris<sup>4</sup> | ab annis tribus  
ad annos XV et accipiant | singuli pueri X IIS<sup>5</sup> menstruos<sup>6</sup>, puellae | ab  
annis tribus ad annos XIII X II<sup>7</sup>. Legi | autem debebunt municipes item  
in|colae dum taxat incolae qui intra | continentia coloniae nostrae aedifi-  
cicia morabuntur. Quos, si vo|bis videbitur, optimum erit, per | *Īviro*s  
cuiusque anni legi, cura|ri autem oportet, ut in locum ad|ulti vel de-  
mortui cuiusque sta|tim substituatur, ut semper ple|nus numerus alatur.

*Siccae (El Kef), cf. N. 6775 (VIII 1464 vidit Wilmanns). — 1) Cf. N. 6785. —  
2) Sestertium terdecies. — 2<sup>a</sup>) Sest. 65000, sive denar. 16250. — 3) Wilmanns corri-  
gendum esse censet CCC; aliter enim denarii 2450 quotannis superessent. — 4) Scr.  
pueri. — 5) Denarios binos semissem. — 6) Id est annuos denarios 50; in tre-  
centos igitur pueros impendi debebant annui denarii 9000. — 7) Denarios binos.*

**6819** numini Augustorum sacrum | C. Aurelius Saturninus Papiria  
Cilonianus | *Īvir*, inlata reip. *Īviratus* honoraria summa, | amplius de